



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Concilium Alexandrinum de spiritu sancto. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB IX.

bus lōge aliud substātia quā subfistētia videbat, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturā rationemq; qua cōstet, designet: subfistētia aut vniuscuiusque personæ, hoc ipsum qd extat & subfistit, ostēdat.

HAERESIS Sabellij breuiter adnotata. Cap. X.

IDeoq; propter Sabellij hæresim confundentis personas & dicentis, quia idem deus quando vult, pater est, quando vult, filius est, quādo vult, spiritus sanctus, tres subfistēntias esse cōfitendas, quod quasi tres subfistēntes personas signare viderētur, ne suspicionem daremus tanquā illius fidei sectatores, qui trinitatē in nominibus tantū, & non in rebus ac subfistēntiis confitentur. Sed de incarnatione dñi comprehensum est, quia corpus quod susceperat dñs, nō sine sensu, neq; sine anima suscepisset. Quibus caute moderatēq; compositis, soluto concilio, Eusebius vir illustris potens in verbo doctrinæ, orientem circuit atq; Italiam: & illius circumferens decreta, singulas quasq; ecclesias ad sanitatem rectæ fidei reuocat, idem moliēte Pictauiensi episcopo Hilario, viro naturaliter erudito, & commodissimo ad persuadēdum, cuius multa extant opuscula & libri de fide nobiliter editi contra versutias hæreticorum. Interea Iulianus imperator contra Persas pugnaturus litat Apollini, poscens responsa, nec suscipit. Percontati dæmones de causa silentij, aiunt, sepulchrum Babilæ martyris prope positum impedire. Tunc ille venire Galilæos (hoc enim nomine nostros solitos erat appellare) & auferre sepulchrum martyris iubet. Conueniuntq; nostri psal-

HAYMO DE CHRISTIA.

lentes cum exultatione illud Psalmistæ in auribus p-
fani principis: Confundantur omnes, qui adorant scul-
ptilia, & qui confidunt in simulacris suis. Vnde ille ad
iracundiam promotus, Christianos incarcerat & in-
fert martyria, cōminatus maiora tormenta post belli
victoriam. Hoc eo cogitante, res vertitur in contrari-
um. nam profectus quidem est, sed reditus nullus fu-
it. ibiq; incerto suorum aut hostium iaculo confodit.
Fertur autem quia dum fuisset vulneratus, mox san-
guine suo compleuerit manum, & in aërem piecerit,
dicens: Galilæe vicisti. i& in eo ipso confessus est cum
blasphemia victoriam.

AD HAYMONIS

EPISCOPI HALBERSTAT-

tensis liber decimus.

THEODERITVS in tripartita
historia. Caput .I.



ost Iulianum Iouinianus ab ex-
ercitu trahitur ad imperij insi-
gnia, qui excusat se sacrilegis nō
posse imperare, quia Christian^{us}
esset. nec acquiescit donec accla-
mat exercitus, Et nos Christia-
ni sum^{us}. Hic persequit hereticos, & honorat ecclesiā.
Athanasium requirit, & ab ipso suscipit formā fidei, &
ecclesiā disponēdā modū. sed hec tā læta principia